Fragmentarium

autem meus ſenex. eamus hinc. forſitan non eſt
animus fratris illius loqui nobiſcum. E-
greſſi quoque inde iterum ambulavimus
uſque abbatem iohem. Redeuntes vero
venimus per ſpeluncam illam ubi
fratrem illum videramus. Et dixit meus ſe-
nex. Ingrediamur ad fratrem iſtum. ſi
forte revelavit ei deus loqui nobiſcum.
Intrantes autem invenimus eum quia
dormierat in pace. Ait vero ſenex meus.
Veni frater colligamus corpus eius. in hoc
ipſum enim miſit nos deus ad recondendum
eum. Cum autem colligemus eum inve
nimus quia natura mulier erat. & admi
ratus eſt ſenex dicens. Ecce quomodo & mu
lieres colluctantur adverſus dyabolum
in heremo & nos in civitatibus deho
neſtamur. glorificantes ergo deum qui pro
tegit diligentes ſe receſſimus inde. y.

Dicebat abbas unindemius quia nar
rabat abbas macharius dicens. Se
dente me aliquando in ſcithi deſcenderunt
duo adoleſcentes peregrini. unus quidem
ipſorum incipiebat mittere barbam. alius vero non
adhuc. venerunt autem ad me dicentes
ubi eſt cella abbatis machary. Ego autem
dixi eis. Quid eum vultis. Reſponde
runt. Audientes de eo. de ſcythi. veni
mus videre eum. Dico eis. Ego ſum.
Qui penitentiam agentes dixerunt.
Hic volumus nos manere. Ego autem
cum vidiſſem eos delicatos. & quaſi a
divitijs dixi eis. Non poteſtis hic ſedere.
Dixit ille maior. & ſi non poſſumus
hic ſedere pergemus alibi. Dico ego apud
animum meum. Ut quid eos perſe
quor & ſcandalizant. Labor ipſe fa
cit eos ut a ſemet fugiant. Tunc dixi
eis. Venite facite vobis cellulam ſi po
teſtis. dicunt & illi. Oſtende nobis tamen modum
& faciemus. Dedi autem eis ſecurim
& ſportam plenam panibus & ſalem oſten
di etiam illis duram petram dicens.
Excidite vobis. & adducite ligna de pa
lude. & cum impoſueritis tectum ſedete
in eodem loco. Ego autem putabam quod
fugerent propter laborem. At illi interroga
verunt me. Quid operabimur hic. Dico eis.
Plectam de palmis & ſumens folia pal
marum de palude oſtendi eis initium
plecte & quomodo conſuere deberent quibus
etiam dixi. Facite ſportas & date cuſtodi
bus eccleſie & ipſi vobis afferent panes.
Poſt hec ergo ego receſſi ab eis ipſi autem
patienter fecerunt omnia quecunque dixi
eis. & non venerunt ad me per tres annos
Suſtinui autem & ego luctando cum animo
meo dicens. Putas que eſt horum operatio
quia non venerunt interrogare me de cogi
tationibus ſuis. Qui enim de longinquo ſunt
venerunt ad me. iſti autem de proximo
mihi non venerunt ad me. nam nec ad alium
abierunt niſi ſolum ad eccleſiam cum ſilentio
accipere oblationem. Igitur ego oravi
deum ieiunans una ſeptimana ut de
monſtraret mihi operationem ipſorum. Sur
gens autem poſt illam ſeptimanam abij
ad eos videre quomodo ſederent. & cum pul
ſaſſem aperuerunt mihi. & ſalutaverunt
me tacentes. faciensque orationem ſedi.
Innuens autem ille maior minori ut
egrederetur ipſe ſedit facere plectam nichil
loquens & circa horam nonam ſigni
ficavit. percutiens. & venit ille minor.
& fecit modicam cocturam pulmenti.
Appoſuit vero & menſam innuente ei illo

Philoſophus quidam interrogavit
ſanctum antonium. Quomodo inquit con
tentus es pater qui modicum conſolationis
fraudaris. Ille reſpondit. meus codex
o philoſophe. natura rerum & creaturarum
que mihi quociens verba dei legere cupio. ad
eſſe conſuevit. xvij

Cum quidam veniſſet ad abbatem ma
charium. meridiano eſtu nimia
ſiti accenſus. & aquam quereret ad bi
bendum. ſufficiat tibi hec umbra. quia multi vi
atores aut navigantes nunc indigent
nec fruuntur. xviij

Apud eundem ſenem cum verba de con
tinentie exercitio haberem. age inquit fi
ducialiter o fili. nam & ego per viginti an
nos continuos nec pane. non aqua. non
ſompno ſatiatus ſum. Panem quidem
penſatum accipiens aque vero menſuram.
ſompnum autem parietibus me dumtaxat
inclinans ſubripere paululum feſtinabam.

Quidam frater interrogavit xix
ſenem. utrum cum fratribus ad eos pro
ficiens comanducare deberet. Cui ſenex
reſpondit. Cum muliere inquit non
manducabis. xx.

Interrogavit quidam frater abbatem y
ſydorum ſcinthiſſem de cogitatu forni
cationis. Reſpondit ei ſenex. Modo quidem
veniat cogitatio fornicationis animum
conturbans & occupans. ſed actum implere
non prevalens. neque perficiens ſed tamen impe
dit ad virtutem. Sobrius autem vir eum
a ſe diſcutiens ad orationem ſtatim con
vertitur. xxj.

Idem de eodem cogitatu reſpondit di
cens. Si cogitationes non habemus fe
re ſimiles ſumus ſed ſicut inimicus quod ſu
um eſt exigit: nos quoque implere debe
mus. Inſiſtamus orationi & minus (inimicus)
fugatur. Vaca meditationi dei & vin
ces. perſeverantia boni victoris eſt certa
& coronaberis. xxij.

Dixit abbatiſſa ſincletica. Adquiſita
virtus facilius a nobis. nichil poſſi
dentibus ſuperatur. Non enim habet quo
ledat. quia plerique memores anguſtie at
que temptationum. a deo ſeparantur. in
ablatis pecunijs. ceteriſque facultatibus.
ſeparare conſueverunt. xxiij.

Rurſus que ſupra. qui viſibiles
inquit divitias ex multis labo
ribus & marinis periculis colligunt. dum
plura lucrantur. plurima concupiſcunt.
& preſentia quidem tamquam nichil exi
ſtimant. Nos vero neceſſaria per timore
dei retinuimus poſſidere. xxiiij

Dixit ſenex. Qui in animam ſuam
memoriam ligat malicie ſimilis
eſt igni inter paleas occultanti. xxv.

Dixit quidam ſenior. Si inquit de
vita eterna ſermonem cuique facis dic
verbum audienti cum compunctione & lacri
mis. alioquin non dicas. ne moriaris
inutilis alienis verbis alios ſalvare feſti
nans. Peccatori namque dixit deus. Quare
tu enarras iuſticias meas. & aſſumis
teſtamentum meum per os tuum. dicens ergo. Ca
nis ſum. immo canis melior me eſt. quia
quod & amat dominum ſuum. & ad iudicium
non eſt venturus. xxvj

Interrogavit quidam frater ſeniorem dicens.
Quomodo anima diligit inmunditiam.
Dicit ei ſenior. Alia quidem corporales
plerumque deſiderat paſſiones. ſed ipſe deus
eſt qui eam continet. Flere ergo debemus

License: public_domain – Oudenaarde, Stadsarchief Oudenaarde, Oud archief stad Oudenaarde, nr. 889/67, lower pastedown – <i>Patrum vitae</i>
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-m3io/8998/67435)